

77 tati | fuerunt, et qui sunt <haut> procul ab aetatis huius  
 memoria, commemorare eos desino, ne quis se aut suo-  
 rum aliquem praetermissum queratur. unum hoc de-  
 finio, tantam esse necessitatem virtutis generi homi-  
 5 num a natura tantumque amorem ad communem salu-  
 tem defendendam datum, ut ea vis omnia blandimenta  
 voluptatis otique vicerit.

Nec vero habere virtutem satis est quasi artem ali-  
 78 quam nisi | utare; etsi ars quidem cum ea non utare <sup>2</sup>  
 10 scientia tamen ipsa teneri potest, virtus in usu sui tota <sup>2</sup>  
 posita est; usus autem eius est maximus civitatis gu-  
 bernatio, et earum ipsarum rerum quas isti in angulis  
 personant, reapse non oratione perfectio. nihil enim  
 dicitur a philosophis, quod quidem recte honesteque di-  
 15 catur, quod <non> ab iis partum confirmatumque sit, a  
 123 quibus civitatibus iura discripta sunt. unde | enim pie-  
 tas, aut a quibus religio? unde ius aut gentium aut hoc  
 ipsum civile quod dicitur? unde iustitia fides aequitas?  
 unde pudor continentia fuga turpi<tu>dinis adpetentia  
 20 laudis et honestatis? unde in laboribus et periculis for-  
 titudo? nempe ab iis qui haec disciplinis informata alia  
 moribus confirmarunt, sanxerunt autem alia legibus. 3  
 quin etiam Xenocraten ferunt, nobilem in primis phi-